



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

31. Quid sit de illorum, qui proponunt ægris ex scutellis sumendum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

sacramētum sumere , quod est contra vni-  
uersalem Ecclesiæ consuetudinem) sed illa  
sola, quæ Ecclesia imitanda esse suo vſu o-  
stendit. Cæterum, quia hoc modo mini-  
ſtrandi non multum receditur à communi  
more Ecclesiæ, nec facile scandalum inde  
oriri aut irreuerentia sacramento irrogari  
posset, si ad vitandum contagionis pericu-  
lum graffante peste, & raris existētibus fa-  
cerdotibus aliquis modus ministrandi ex-  
traneus concedendus Superiorib videre-  
tur, ille inter alios maxime saluo Superior-  
rum & cuiuscunque alterius melioris sen-  
tientis iudicio accommodus videretur.

## Q V A E S T I O   X X X I .

*Quid sit de illorum, qui proponunt agris ex  
scutellis sumendum?*

Quæſtionis explicatio.

**M**Eminit (a) Maior huius modi mini- <sup>a Diff. 23. q.  
1. §. Quarto  
arguitur.</sup>  
ſtrandi hiſ verbis: *Inter ſcutellas etiam porrigendo sacramentum Eucharistiæ, quam ore docebit patientem reuerenter tractare:* Quibus verbis videtur significare, ſuo tēpore ſolere ſacerdotes hoc modo peste infectis ministrare ad vitandum contagium. Huius oc-  
caſio-

380 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
casione quæritur, quid de hoc modo dis-  
pensandi censendum sit?

*Responso.*

**N**Eque hic est licitus saltem in his Pro-  
vinciis, quia hactenus non vidimus  
in iis sic ministrari hoc sacramentum, ne  
tempore quidem pestis: An tempore Ma-  
ioris ille modus fuerit in Anglia vel Hiber-  
nia grassante pestilentia ab Episcopis per-  
missus, ille non dicit, quamuis videtur mo-  
rem talem ministrandi præsupponere.

Dices. Hic modus maxime consentaneus  
est illi, quo iuxta quosdam creduntur  
Apostoli sumpsisse panem consecratum ex  
catino, siquidem catinus & scutella signifi-  
cant vas, in quo cibi proponi solent in me-  
sa ad comedendum, neque illa est diffe-  
rentia, nisi quod catinus vas sit magnum,  
scutella parvum, quæ est differentia acci-  
dentialia: videtur ergo & ille modus ritui  
Christi conformis.

*R.* Iam statim diximus, morem cum  
nobis proponi ad imitandum, quem pro  
tempore usurpandum Ecclesia iudicabit:  
Itaque si ad contagionis periculum, cum  
desunt Sacerdotes, id pastori aut alteri Sa-  
cerdoti à Superiore pro tempore permitta-  
tur, eo licehit uti, sicut & præcedenti.

Q V A-